



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Haymo||nis Episcopi Hal-||berstatten[sis] Homiliarum,
nunc sexto || maiori [pro] ante hac unquam dili||gentia
excusarum, || Pars ...**

praeter omnes omnium appendices, accesserunt iam recens homiliae
aliquot piaë, ante hoc tempus excusæ nusquam

Pars Aestivalis

Haimo <Altissiodorensis>

Haimo <Halberstadensis>

Coloniae, 1551

VD16 H 222

Quis uestrum habebit amicum, & ibit Luc. 11.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39335

habent testem, ipsum habituri sunt & ultorem. Et quod eis prodest humanum uitare iudicium, si cum in malo suo permanserint, ituri sunt in æternum, deo retribuente, supplicium? Quod si ipsi sibi iudices fiant, & uelut suæ iniquitatis ultores, hic in se uoluntariam pœnam seuerissimæ animaduersionis exercent, temporalibus pœnis mutabunt æterua supplicia, & lachrymis ex uera compunctione cordis fluentibus restringent æterni ignis incendia, largiente domino nostro Iesu Christo, qui uiuit & regnat in secula seculorum. Amen.

FERIA SECUNDA POST

Vocem iucunditatis, in li

tanijs maioribus,

Lucæ. XI.

In illo tempore Dixit Iesus discipulis suis: Quis uestrum habebit amicum, & ibit ad illum media nocte. Et reliqua.

SCiens dominus Iesus Christus post amissionem liberi arbitrij, nullum bonum a nobis ipsis nos habere posse, non solum ad orandum deuotissimos, sed etiam instantissimos hortatur & admonet. ut quod minus natura possibilitatis in nobis habet, orando ab illo impetretur qui ait, Sine me nihil potestis facere. Nam cum in oratione incumberet, ut supra euangelicus sermo retulit, accesserunt ad eum discipuli eius, & interrogauerunt eum, dicentes: Domine, doce nos orare, sicut Iohannes docuit discipulos suos. Quibus ille ait, Sic ergo orate: Pater noster qui es in cælis, sanctificerur nomen tuum &c. quæ sequuntur. In quibus uerbis, quid

Ioh. 15.

Luc. 11.

principaliter in oratione petere debeamus, breuiter comprehendit, ac deinde cum quanta instatia in oratione perseuerare oporteat, adiuncta similitudine declarauit, dicens: [Quis uestrum habebit amicum, & ibit ad illum media nocte?] Spiritu-
 ter amicus iste, deus omnipotens intelligitur, qui cum sit deus & conditor totius creaturæ, fideles seruos amicos uocare dignatus est, dicens: Vos amici mei estis. Et item: iam non dicam uos seruos, sed amicos maos. Et rursus, Vos aut dixi amicos meos. ¶ Nox in hoc loco tribulationem significat, sicut enim dies ad lætitiã, sic nox aliquando ad tristitiã pertinet. Veniendum est ad amicum media nocte, quia in tribulationis pressura nõ animus ad uindictã preparare, neq; nosmetipsos desperare uel frangere debemus, sed eius auxiliũ flagitare qui ait: In mundo pressuram habebitis, sed cõfidite, quia ego uici mundum. cum enim dominus semper sit rogandus, maxime tamen cum persecutio furit & sæuit. Ne in tribulatione deficiamus, eius adiutoriũ postulare debemus, sicut Psalmista, qui dicebat: Ad dominum cum tribularer clamaui, & exaudiuit me. & iterum: De tribulatione inuocaui dominum &c. Quid autem in oratione petere debeamus, declarat subijciens:

Ioh. 15.

Ibid.

Ioh. 16.

Psal. 119

psal. 117

Amice, commoda mihi tres panes, quoniam amicus meus uenit de uia ad me, & nõ habeo quod ponã ante illum, [Hoc enim in oratione querere, hoc etiã petere debemus, ut notitiã & amorẽ sanctę trinitatis nostris cordibus infundat. Siue certe tres panes in oratiõne petere debemus, id est, fidem, spem & charitatẽ. Amic⁹ autẽ iste q de uia uenire dicitur, noster est anim⁹, q toties a nobis recedit, q

K v

ties per lara huius seculi desideria sese cogitando diffundit. Tūc autē ad nos de uia reuertitur, quando mens sese ante se ponens, trāsitoria contēnere, & ea quę æterna & pmanentia sunt, sitire & desiderare incipit. Sed ne fame pereat, amicus rogandus est, id est, misericordia dñi imploranda, ut cōmodet nobis tres panes, hoc ē, ut amorē sanctę trinitatis (ut dictum est) nostris cordibus largiatur. Et q̄a deus omnipotēs aliqñ nostra desideria dilatat, nō ut premiū minuat, sed ut meritū augeat, recte subiūgitur:

Et ille deintus respondens, dicit: Noll mihi molestus esse, iā ostiū clausum est, & pueri mei mecum sunt in cubili, non possum surgere & dare tibi.] Ostiū amici, intelligētia est diuini mysterij, qđ optabat Paulus sibi aperiri ad loquendū uerbum dei cū fidutiā. Hoc ergo ostiū tandiu nobis clausum est, quousq̄ p diuinā gratiā nobis aperiat ad cognoscēda diuina mysteria. Pueri uero caris familias, apostoli siue successores eorū intelligendū sunt. Et bene cū eo in cubiculo memorātur esse, quia iam in æterna rege sunt recepti, de qbus per prophetā dicitur: Exultabunt sancti in gloria, letabunt in cubilibus suis. ¶ Et pulchre hīc in cubiculo esse memorātur, pueri uocātur: q̄a illi ad æternam requiē sunt uenturi, q̄ puri & innocentes existunt, q̄les erant illi de qbus dñs dixit: Pueri, nunc qđ pulmentarium habetis: Et itē: Sinite paruulos uenire ad me, talium est eñ regnum cęlorū. Tales optabat Petrus apostol⁹ suos fieri auditores, qbus dicebat: Quasi modo geniti infantes ratiōabiles, sine dolo, lac cōcupiscite, ut in eo crescatis ī salutē.

Et ille si perseverauerit pulsans, dico uo

Col. 4.

Psa. 149.

Joh. 21.

Mat. 19.

1. Pe. 2.

bis, & si nō dabit illi surgens, eo q̄ amicus eius sit, p̄pter improbitatem th̄ eius surget, & dabit ei quotquot habet necessarios.

¶ Cōparatio hic fit a minori, ut intelligas, q̄a & si homo nō amici causa, sed r̄adio uict̄, dat q̄d prius negauerat, multo magis bona se petētibz dñs dabit, q̄m ipse nos ut petamus admonet. Nisi enim ea pr̄stare uellet, nequaquam nos ad petendum imitaret. Vnde cum alibi doceret quia oportet semper orare & non deficere, posuit similitudinē de iudice iniquitatis, quem interpellabat quādā uidua, dicens: Vindica me de aduersario meo. Et nolebat per multum tempus. Post hæc r̄adio uict̄us, dicit intra se: Et si deum non timeo, nec hominem reuereor, tamen quia molesta est mihi hæc uidua, uindicabo illam. Vult enim deus nos importunos esse in petēdo, ut sua gratuita dona, nōstra sint merita. Semper enim aures diuinæ pietatis orationibus nostris aperta sunt, si tamen a precibus nostris non cessemus, & in fide non dubitemus, Iacobo apostolo teste, qui ait: Si quis uestrū indiget sapientia, postulet a deo, qui dat affluenter omnibus, & nō improperat, & dabitur ei. Postulet autem in fide, nihil hæsitans. Vnde exponens dñs similitudinē propositam, adiunxit dicens:

Luc. 18.

Iaco. 1.

Et ego uobis dico: Petite, & dabitur uobis: querite, & inuenietis: pulsate, & aperietur uobis. Omnis enim qui petit, accipit: & qui querit, inuenit. & pulsanti aperietur.] Petēda est ergo uita æterna orando, quærendo, uiuendo, pulsando, in bonis actibus perseuerando. Duo em

sunt quæ in oratione solícite cõsiderare debemus, Primo, ut ea petamus quæ deus uelit: secundo, ut nostra uita a nostris præcibus non discordet. Frustra em̄ orationi insistit, qui uel ea petit q̄ a deo displicent, uel si bona sunt quæ petit, peruerse uiuẽdo se indignũ exhibet. Vnde Iacobus apostolus ait: Petitis, & nõ accipitis, eo q̄ male petatis. Et sicut ait Salomon, Qui auertit aurem suã ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis. Quæ aut sunt, q̄ principaliter in oratione petenda sint, deus alibi manifestat dicens: Primum quærite regnum dei & iustitiam eius, & omnia adijcientur uobis. Et itẽ: Petite, & accipietis, ut gaudium uestrũ plenum sit. Et ne nos in oratione quod petimus, accepturos desperemus, adhuc dominus aliã similitudinem adiungit, dicens:

Iac. 4.

Pro. 28

Mat. 6.

Quis autem ex uobis patrem petit panẽ, nunquid lapidem dabit illi? Aut piscem, nunquid p̄ pisce serpẽtem dabit illi? Aut si petierit ouem, nunquid porriget illi scorpionem? ¶ Panis in hoc loco charitatem significat. Et pulchre, quia sicut panis principalis est in uictualibus hominũ, sic charitas inter ceteras uirtutes principatũ tenet. Quod dñs ostendit, qñ requisitus a scriba docto, quod esset maximum mādatum in lege, respõdit: Diliges dñm deum tuum, &c. usq; hoc est primum & maximum mandatum. Vel certe per panem charitas designatur, quia sicut mensa quãuis uarijs cibis sit repleta, tamen sine pane inops esse uidetur, sic ceteræ uirtutes sine charitate nihil esse comprobantur, sicut ait saluator in euangelio: Omni habẽti dabitur, & abundabit. Vnde Apostolus ait: Si linguis hominum loquar & angelorum, charitatem

Mat. 22.

Mat. 25.

1. Co 13

aut nō habea, factus sum uelut æs sonans aut cym-
 balum timiens. Et si habuero prophetiam, & no-
 uerim mysteria omnia & omnem scientiam, & ha-
 buero omnem fidē, ita ut montes transferam, cha-
 ritatem autē nō habeam, nihil sum. Et si distribue-
 ro in cibos pauperum omnes facultates meas, &
 si tradiero corpus meum ita ut ardeam, charita-
 tem autem non habuero, nihil mihi prodest. Huic
 cōtrarius est lapis, i. duritia cordis & immisericor-
 dia. Piscis autem fidem significat, & cōgrue satis.
 Nam sicut piscis aqua nutritur, ita fides baptismo
 roboratur, dicente domino: **Qui crediderit & ba-** **Mar. 16.**
ptizatus fuerit. Vel certe per piscē fides figuratur,
 quia sicut piscis sub aquis latet, sic fides illarum re- **He. 11:**
 rum est, quæ non uidentur, dicēte Apostolo: Est fi-
 des sperandarum substantia rerum, argumentum
 non apparētium. Vel certe aliter, per piscem fides
 intelligitur: quia sicut piscis quo amplius fluctib9
 tunditur, eo magis crescit: sic fides quo amplius p-
 secutiones patitur, eo magis proficit, de qua do-
 minus ait: Si habueritis fidem sicut granum sina- **Mat. 17.**
 pis, diceretis mōti huic, trās hinc, & trāsiret. Huic
 cōtrarius est serpens, uidelicet infidelitas, siue ue-
 nenosa cogitationes, quæ animam interimere co-
 nantur. In ouo figuratur spes, quia sicut in ouo fœ-
 tus nōdum cernitur, sed futurus creditur: sic spes
 non uidetur oculo, sed speratur mente, sicut Apo- **Rom. 8.**
 stolus ait: Nam quod uidet quis, qd sperat? Si au-
 tem quod non uidemus speramus, per patientiam
 expectamus. Huic cōtrarius est scorpio, aculeū
 in cauda gestans, i. desperatio, quæ nos ab ouis p-
 ennibus retro retrahere conatur. ¶ In his ergo si-
 militudinibus hoc dominus ostendit, qd cum sit

ipse pius & clemens, nulli bona petenti, mala tribuit. Non enim pro pane lapidem donat, quia charitatem amanti, durum & immisericordem animum non tribuit. Nec pro pisce serpentem donat, quia fidem quærentes nequaquam ad infidelitatem cogit. Sed neq; pro ouo porrigit scorpionem, quia qui in se habet spem, in desperationem cadere non compellit. Proprium est autem immensæ bonitati eius, aliquando malos facere bonos, nunquam autem bonos compellere ut sint mali. Unde adhuc conclusit sententiam, dicens:

Si ergo uos, cum sitis mali, nostris bona dæra dare filijs uestris, quanto magis pater uester de cælo dabit spiritum bonum petentibus se.] ¶ Vbi euidenter nomen nostrum manifestatur, cum dicitur: [Cum sitis mali.] Boni enim a deo conditi, uicio mali sumus affecti. Si autem nostra bonitas eius bonitati comparatur, nec bonitas esse nominatur. Facti ergo mali per malam intentionem, patrem habemus in cælis per conditionem. Ac si diceret dominus Si uos cum sitis mali, bona dona filijs uestris tribuitis, i. panem, piscem, ouum, & quæ humana consuetudo inter bona præsentis uitæ enumerare consuevit: [multo magis pater de cælo dabit spiritum bonum petentibus se.] ut si eius spiritu illuminati, non solum fidem, spem, & charitatem perire discant, sed etiam accipere mereantur. Cum ergo dicit, [dabit spiritum bonum petentibus se,] omnes uirtutes anime comprehendit: quoniam omnia bona quæ hominibus a deo dantur, per spiritum sanctum administrantur, teste Apostolo qui ait: Charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis. Et item Alij genera

Rom. 8.

1 Co. 12.

inguan, alij interpretatio sermonū, alij discretio
spirituum. Hæc autem omnia operatur unus atq;
idem spiritus, diuidens singulis prout uult.

FERIA TERTIA

litaniarum, post Vocem iucunditatis,
Matthæi VII.

In illo tēpore Dixit Iesus discipulis suis: Pe-
tite, & dabitur uobis: querite, & inuenietis
pulsate, & aperietur uobis. Et reliqua.

Poterat aliquis ex auditoribus dñi dicere: Quo-
modo nos præcipis sanctū non dare canibus,
neq; mittere margaritas añ porcos, cum nos
nec dū eundē sanctū & easdē margaritas habem⁹,
q̄s mittamus ante porcos? Et quasi ad hæc domi-
nus respōdens, infert Petite & dabitur uobis. Tria
enim dixit: petite, q̄rite, pulsate. Petite a deo sanita-
tem & firmitatē animi, ut possitis ea implere q̄ præ-
cipiuntur uobis. Querite uia ueritatis, & inuenie-
tis. Pulsate ianuā regni cælestis, de qua scriptū est:
Hæc porta dñi, iusti intrabunt per eam. Hoc em̄ or **Psa. 117.**
dine psequitur omnipotēs deus petitiōes nostras,
si primū petimus possibilitatē implendi diuina p̄-
cepta: deinde, si uia ueritatis adinuentiōe studio-
sa requiramus ad ultimum si regni cælestis aulā in-
trare uolumus. p̄cibus & bonis operibus pulsemus.
Ponamus inde aliquod exēplum: Vides aliquē ho-
minem infirmatū, pedibus ambulare nō ualentē.
primum medicina sanitatis ei impēditur, ut possit
ambulare. Ad hoc ptinet quod dixit: Petite, & acci-
pietis. Quid prodest ei ambulare, si nescierit uia
rectam per q̄ incedere debet, nisi ei recta uia osten-